# *Sancti cum nomine Ioseph ex Martyrologio Romano*

- **17 Martii: Hierosólimis sancti Joseph ab Arimathæa, qui nóbilis Decúrio et discípulus Dómini éxstitit; atque ipsíus Dómini corpus, de cruce depósitum, in monuménto suo novo sepelívit.**

- **19 Martii: Solemnitas - In Judæa natális sancti Joseph, Sponsi beatissimæ Virginis Maríæ, Confessóris; quem Beatus Pius Nonus, Póntifex Máximus, votis et précibus ánnuens totíus cathólici Orbis, universális Ecclésiæ Patrónum declarávit.**

- **1 Maii: Memoria sancti Joseph Opificis, Sponsi beátæ Maríæ Virginis, Confessóris, opíficum Patróni.**

- **20 Julii: In Judæa natális beáti Joseph, qui cognominátus est Justus, quem Apóstoli cum beáto Matthía statuérunt ut locum apostolátus Judæ proditóris impléret; sed, cum sors cecidísset super Matthíam, ipse, nihilóminus prædicatiónis et sanctitátis offício insérviens, multámque pro fide Christi a Judæis persecutiónem sústinens, victorióso fine quiévit. De quo étiam refértur quod venénum bíberit, et nihil ex hoc triste propter Dómini fidem pertúlerit.**

- **4 Februarii : In óppido Amatrícis, in Aprútio, depositio sancti Joséphi a Leoníssa, Sacerdótis ex Ordine Minórum Capuccinórum et Confessóris; quem, ob fídei prædicatiónem a Mahumetánis dira perpéssum, labóribus apostólicis et miráculis clarum,**

Benedíctus Décimus quartus, Póntifex Máximus, in Sanctórum cánonem rétulit.

- 15 Februarii : Antiochíæ sancti Joséphi Diáconi.

- 20 Martii : Barcinóne, in Hispánia, sancti Joséphi Oriol Presbýteri, Ecclésiæ sanctæ Maríæ Regum Beneficiárii, omnígena virtúte ac præsértim córporis afflictatióne, paupertátis cultu atque in egénos et infírmos caritáte célebris ; quem, in vita et post mortem miráculis gloriósum, Sanctus Pius Papa Décimus in Sanctórum número recénsuit.

- 30 Aprilii : Chérii, apud Augústam Taurinórum, sancti Joséphi Benedícti Cottoléngo, Confessóris, Parvae Domus a Divina Providéntia Fundátoris, summa in Deum confidéntia et caritáte in páuperes insígnis, quem Pius Papa Undécimus Sanctórum fastis adscrípsit.

- 23 Junii : Augústæ Taurinórum sancti Joséphi Cafásso, Sacérdotis, qui levítis pietáte et sciéntia augéndis atque damnátis cápite Deo conciliándis fuit illústris, et a Pio Papa Duodécimo inter sanctos Cælites adscrptus est.

- 22 Julii : Scythópoli, in Palæstina, sancti Joséphi Cómitis.

- 25 Augusti : Romae natális sancti Joséphi Calasánctii, Presbýteri et Confessóris, vitae innocéntia et miráculis illústris ; qui, ad erudiéndam pietáte ac litteris juventútem, Ordinem Clericórum Regulárium Páuperum Matris Dei Scholárum Piárum fundávit. Eum Pius Duodécimus, Póntifex Máximus, ómnium Scholárum populárium christianárum ubíque

existéntium cœléstem apud Deum Patrónum constítuit.

- 18 Septembrii : Auximi, in Picéno, sancti Joséphi a Cupertíno (miráculis clarum), Sacerdótis ex Ordine Minórum Conventuálium et Confessóris ; quem Clemens Papa Décimus tértius in Sanctórum número rétulit.



## BEATA PETRA DE S. JOSÉ

Nace el 7 de diciembre de 1845 en el Valle de Abdalajís (Málaga).

Movida por su amor a Dios y a los necesitados funda en 1881 la Congregación de Madres de Desamparados y San José de la Montaña. El 16 de agosto de 1906 murió en Barcelona en el Real Santuario de San José de la

**Montaña, que ella misma erigió en honor al Santo y desde donde se irradia al mundo entero, la espiritualidad Josefina.**

**Esta mujer, fuerte y sencilla cuando llegó al fondo de su pobreza y la aceptó en Dios, mantuvo viva la brasa que después se había de convertir en fuego vivo.**

**Es el amor misericordioso de Cristo, el que sus Hijas, extendidas por nueve países, continúan llevando a los necesitados y desamparados para acercarlos a Dios y llenarlos de amor y esperanza.**

## *Oración*

**Señor, Dios nuestro, que enriqueciste el corazón de la Beata Petra con abundancia de misericordia para todos los pobres y necesitados y un incansable celo por extender la devoción a San Jos, si es de tu agrado concédenos por su intercesión la gracia que humildemente te pedimos.**

**Padrenuestro, Ave Mana y Gloria.**

**Beata Petra de S. José. Ruega por nosotros.**
**(Con licencia eclesiástica)**

**Para información, comunicación de gracias obtenidas, pueden dirigirse a**

**CASA GENERALICIA**
**Avda. San José de la Montaña, 15 - 46008 Valencia, ESPAÑA**